

347/2017

N. _____



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis),
lectis perpensisque Statutis Instituti Superioris Scientiarum Religiosarum Salernitani-
Campaniensis-Acernensis, Vallensis in Lucania, Amalphitani-Cavensis, Nucerini
Paganorum-Sarnensis, Dianensis-Policastrensis sub titulo v. *San Matteo* in civitate
Salernitana siti sub potestate et ductu Pontificiæ Facultatis Theologicæ Italiæ
Meridionalis in civitate Neapolitana sitæ constituti, ad normam Instructionis de
Institutis Superioribus Scientiarum Religiosarum eiusdem Congregationis die XXVIII
mensis Iunii a. D. MMVIII emanatæ recognitis, quæ in eorundem XLIII articulis
definiuntur ac statuuntur, **rata habet** et *ad quinquennium experimenti gratia*
approbat, iisque ad quos pertinet, ut rite observentur præcipit, ceteris servatis de iure
servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, IV mensis Maii,
a. D. MMXVII.

Josephus Cerd. Fersoldi
PRÆFECTUS

+ A. Bieeruties Zane:

A SECRETIS



**CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)**

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis) postulatione attenta Em.mi ac Rev.mi Magni Cancellarii Pontificiae Facultatis Theologicæ Italiæ Meridionalis in civitate Neapolitana sitæ legitime præsentantis; cum compererit Institutum Superius Scientiarum Religiosarum Salernitanum-Campaniense-Acernense, Vallense in Lucania, Amalphitanum-Cavense, Nucerinum Paganorum-Sarnense, Dianense-Policastrense sub titulo v. *San Matteo* in civitate Salernitana situm iuxta normas a Sancta Sede pro huiusmodi Institutis manatas – Consilio memoratæ Facultatis Theologicæ academice omnino spondente – probe ordinari, ad docentes in primis et studiorum programmata quod attinet, prolatas sibi preces libenter excipiens, idem

**MEMORATUM
INSTITUTUM SUPERIUS SCIENTIARUM RELIGIOSARUM
sub titulo v. *San Matteo***

hoc Decreto academice **erigit erectumque** declarat, ipsum simul constituens sub potestate atque ductu supradictæ Facultatis Theologicæ, ex primo et secundo cyclo constans, ad academicos gradus Baccalaureatus et Licentiæ Scientiarum Religiosarum per eandem Facultatem consequendos ab iis alumnis qui, triennale atque quinquennale studiorum curriculum rite emensi, omnia iure præscripta feliciter compleverint iuxta peculiaria Statuta ab hac Congregatione approbata.

Eiusdem Facultatis proinde erit continuo invigilare ad academicam Instituti condicionem diligenter servandam ac promovendam, præsertim ad Docentium qualitates studiorumque severitatem quod spectat, ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die IV mensis Maii,
a. D. MMXVII.

Josephus Card. Frasoldi
PRÆFECTUS

+ d. Vincentius Jacci
A SECRETIS